



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

32 Bona Ecclesiae oblata, quare nunc conservantur matricibus ecclesiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tee, & illicita ſunt conſumendi, *capit. 31. cū n. decorum, cap. à crapula, & toto tit. de vit. & honeſt. cleric. cap. omnibus ſervis, de cler. ven. cap. quia tua, & cap. res Eccleſie. 12. quaſt. 1. cap. Episcopus, & cap. ſin. 35, diſt. cap. donare, & cap. qui venatoribus, 86. diſt. Nam, vā miseris, ſi ſe non correxerint, qui enim venatorem vident, & delectantur, videbunt Salva-*

29 † Nec nobilitas cuiuſvis gradus excuſat, quia apud Deum non eſt acceptio perſonarum, *Deuteron. cap. 1. S. Cyprian. relatus in cap. nec quemquam, de consecrat. diſt. 4. & cap. novit, extr. de jud.*

Prohibitio venationis, ludorum, comestationum, & aliorum non ſolum eſt realis reſpectu bonorum eccleſiaſticorum, ſed etiam perſonalis, aded quod Eccleſiaſticus cuiuſcuſque qualitatſ, & præminentie non excuſatur, ſi habeat notabiles redditus patrimoniales; quia 3 prohibito eſt perſonalis, & eſt immane vitium, & non virtus in ſimiles uſus exponere. *Auguſt. ſuper Ioann. relatus, in cap. donare, & ibi gloſſ. 26. diſt. cum alijs ſupra citatu.*

30 † Permiſſum eſt tamen clericis laqueum, vel rete ſine ſtrepitu, & clamore, ac canibus, pro venatione ponere, quibus etiam licet pro capiendis piſcibus linum texere, *gl. ſſ. in diſt. cap. qui venatoribus, eadom diſtinct. cap. nunquam, ibi, texantur, & linea, de consecrat. diſtinct. 5. & quandoque non tamen clamora, ſed quieta neceſſitatis cauſa, vel recreationis eſt venatio permiſſa, gloſſ. in cap. 1. in var. poluptate, de cler. venat.*

† In primitiva Eccleſia tempore Apoſtolorum omnia bona oblata Eccleſie vendebantur, & de eorum precio omnibus communem vitam ducentibus, & alijs pauperibus indigentibus ſubveniebatur, ſed poſtmodum Episcopi Apoſtolorum ſucceſſores, annuente Pontifice Maximo, videntes melius fore, ſi bona oblata conſervarentur matricibus † Eccleſiis, & ex eorum redditibus indigentibus ſubveniretur, quā ſi venderentur, cum ex venditione precio conſumpto ſæpè neceſſariis egerent, nec haberent, unde ſubveniri poſſent; ſtatutum fuit, ut bona non venderentur, ſed ad uſum prædictum matricibus Eccleſiis venderentur, ita ut Episcopi illos poſſent diſpenſare, *cap. videntes, 12. quaſt. 1. & Abb. in quaſt. 4. Titius clericus, num: 15. ibi, ſecundum præſuppoſitum; & nihil proprium habere poterant, cap. clericus, cum pluribus ſeqq. 12. quaſt. 1.*

† Etenim ex primæva inſtitutione rerum Eccleſiarum, habentes patrimonium non poterant quicquam percipere ab Eccleſia, quamvis illi deſervirent, quia, qui bonis parentum, & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiunt, ſacrilegium incurrunt, & committunt; & per abuſionem talium iudicium ſibi manducant, & bibunt, *cap. clericos, cap. Paſtor Eccleſia, 1. quaſt. 2. cap. dilectiſſimus, 12. quaſt. 1. cap. ſinal. in ſin. 10. quaſt. 1. & Abb. eadem quaſt. 4. numer. 12.*

Verum, quia poſtmodum facultates Eccleſie creverunt, & fuit inſtitutum, ut, qui vellent Eccleſiis Cathedralibus deſervire, ex eorum bonis quatuor partes facerent, quarum una deberetur Episcopo